Quelle: http://manuscripta.at/?ID=38240
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

domus suae repperit sanitatem; Quod autem iuxta hebraicum dicitur: quae sier me qui ante non
interrogabant; Adeundem sensum refertur: ut prius dni notitiam non habentes, post ea quaerant
dnm: & eum revelatione cognoscant; qui & paulo dum ecclesiam credentium persequitur revelatus est
& apostolo petro ait, Beatus es symon bariona: quia caro & sanguis non revelaverunt tibi
sed pater mis qui est in caelis; Hunc quaerebat & moses loquendo; Sinuem gratiam apud te
ostende mihi manifeste ut videam te; Maiores divitias thesauris aegypti xpi opprobrium
praestolandum; retributionem desiderat futurorum & invisibilem dm quasi videre contempla
batur; De quo & in psalmis legitur: spes omnium finium terrae & in mari longe; Et in ge
nesi: ipse erit exspectio gentium; quodque sequitur; Dixi ecce ego sum ad gentem quae non invo
cavit nomen meum illis sensim convenit: qui est misit me ad vos; quicum informa di esset:
non est rapinam arbitratus aequalem se esse deo. & cetera; Sed totius mundi provocans
gentes unam fecit sui nominis gentem xpianorum; Expandi manus meas tota die ad populum incre
dulum; qui graditur in via non bona post cogitationes suas; LXX. Expandi manus
meas tota die ad populum incredulum: & contra dicentem; Quinon ambulaverunt in via
bona: sed post peccata sua; Hoc quod supradictum est: apparui his qui me non interrogabant:
inventus sum ab his qui me non quaerebant; Apostolus paulus scribens ad romanos: cum sup
gentium personam exposuisset & adiecit; Adiit autem dicit: expandi manus meas ad populum in
credulum & contra dicentem; quicum beneficii dni uincerentur: & ultra hominem signa
conspicerent loquebatur; Iste non eiecit daemonia: nisi in bel zebub principem daemoniorum;
Et iterum samaritanus es tu & daemonium habes; & rursum; Cum sis homo: faciste dm;
Et alibi, Iste homo non est a deo: quia sabbatum non custodit; Et multa alia quae longum
est texere; Denique cum ille in cruce extendere manus ad populum non credentem: & di
cere; Pater ignosce eis: quod enim faciunt nesciunt; Illi ex regione dicebant, UAH.
qui destruit templum & in tribus diebus aedificat illud; Descendat nunc de cruce: & credi
mus ei, Alios saluos fecit seipsum saluum facere non potest; De hoc & symeon ulnis tenens
tenens paruulum pp & labat, ecce hic positus est in ruinam: & resurrectionem mul
torum & signum cui contradicitur, Et rursus iudei loquuntur ad paulum: de secta hac
notum est nobis: quod ubique ei contradicitur, possumus expansas manus & in largitate
donantis accipere: quod nihil eis petentib; denegare: sed statim rogantibus ipso reddide
rit sanitatem; Et caecus a nativitate acceperit oculos: & esurientia in deserto exceptis